



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

XIX. Quibus dominium bonorum incertorum vacantium competat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

non comparuerit inter bona incerta computandum est. His accedunt metallorum venas quas satis probabile est esse Soto. lib. 5. quæst. 3. art. 3. Lessio. lib. 2. cap. 5. dub. 12. num. 57. spectato iure naturali cedere primo inuentori, si cum cedit thesaurus, quia esto non sint industria humana ibi reposita sunt tamen tantum valoris ut merito censeri non possint vilissimo fundo cedere. argum. §. littera in fine. de rerum diuisione, ideoque Princeps concedere solet facultatem eas venas querendi, etiam in prædiis alienis compensato detrimento quod prædiorum Dominis inde proveniat. Absque hac tamen facultate nullus priuatus in fundo alieno absque Domini consensu venas querere potest, & fodinas facere, vt de se est perspicuum.

Ceterum communis sententia docet, vt videre est in Gabriele in 4. dist. 15. quæst. 3. art. 3. dub. 7. Molina. tractat. 2. disp. 54. initio. Layman. lib. 3. sect. 5. tract. 1. cap. 5. n. 21. Has metallorum venas ad Dominum prædij in quo reperiuntur pertinere sicuti venæ saxorum, & aquæ, eò quod ibi nascuntur, & prædij partes sint. Et licet sunt nobiliores superficie fundi, non tamen ipso fundo, cum fundum continentant, ipsique sint partes. Quocirca si prædium est fundus dotalis, quicquid ex ea venæ extractum fuerit cedit vxori in dotis augmentum, iuxta leg. si ex lapidicinis, ff. de iure dotium. Quod intelligendum est, modo aliud simile non renascatur, nam eo casu (qui rarus esse potest) inter fructus prædij marito competentes referendum est. Vt habetur. leg. divorso §. si vir. ff. soluto matrimonio, & ibi Glossa. cui consonat lex in m. si fundi. ff. de usufructu. Verum si prædium sit ex bonis vincularis, possessori competit vt potest Domino prædij quicquid ex eo extractum fuerit, obligatur autem non prædium notabiliter successibus derelinis reddat; quia sub eo onere bona vincularia possidet. Vt bene notat Molina. lib. 1. de primogen. cap. 23. num. 8. Alter Molina. tract. 2. disp. 54. in medio. Hæc intelligenda sunt iuxta ius naturale, & commune: nam si priuatorum regnum ius spectemus regulariter venæ cuiuscunque metalli Regi in sumptus communes adjudicantur, soluta tum inuentori, tum Domino prædij aliquâ parte. Vide Mol. a. disp. 54.

PUNCTUM XVIII.

Qualiter acquiratur dominium bonorum, quæ nullius fuerunt, vel quæ pro derelictis habentur.

- 1 Quæ nullius sunt primâ occupatione acquiruntur.
- 2 Idem dicendum est de derelictis.
- 3 Quæ urgente tempestate, aut incendio inacta sunt, regulariter pro derelictis haberi non debent.
- 4 Satisfit cuidam obiectioni.
- 5 Quod dicendum de lignis quæ vi fluminis, & inundatione asportantur.

**P**rius bonorum dominium certum est primâ occupatione acquiri. Vt habetur. §. fera in fine. de rerum diuis. ibi. Quod ante nullius est id naturali ratione occupanti conceditur. & §. lapidiorum. in fine. eodem tit. dicitur. Lapidis, gemme, & cetera quæ in litore maris inueniuntur iure naturali inuentoris sunt. consonat, §. insula eodem tit. & leg. 1. ff. de acquirenda p. ff. leg. 3. ff. de acquir. rer. dominio.

Idem est dicendum de bonis quæ verè derelicta sunt à Domino. Eo namque ipso quo Dominus ea negligit, cum faciliè recuperare possit, censetur nolle in suis bonis habere, & cuiuslibet occupanti relinquere. Vt constat ex §. p. n. m. et. vlt. in fine. de rerum diuisione. & leg. 1. & leg. 1. ff. de derelictis. Inter hæc bona derelicta computantur missilia; hoc est nam, alique res factæ in aliquibus solemnitatibus, vt primò occupanti cedant. Vt habetur. §. hoc amplius. in fine. de rerum diuisione, & leg. quæ ratione. §. penult. ff. de acquirend. rer. dominio.

Quæ verò urgente tempestate, aut incendio inacta regulariter pro derelictis habenda non sunt cum Dominus nec velet illa prouidere, & proiecta optat ad se reuerti. Constat, ex §. vlt. in fine. de rerum diuisione. leg. falsus. §. si iactum. ff. de furtis. leg. interdum. §. 1. ff. de acquirenda possess. leg. nauigia. Cod. de furtis. Vnde inique sunt leges aliquarum ciuitatum, quæ bona naufragorum tanquam possessore carentia, permittunt occupari à Domino loci ad quem applicent, ideoque, ea occupantes ex communicationi bullæ Cæsar subiciuntur, dummodò ad Catholicos pertineant. Sicuti notat Couarru. reg. peccatum. 1. p. §. 1. num. 5. Nauarr. cap. 17. num. 118. Molina. disp. 55. Lessius. lib. 2. cap. 5. num. 18. Rebell. lib. 1. de obligat. q. 1. §. sect. 2. num. 9. Paul. Layman. lib. 3. sect. 5. tract. 1. cap. 5. num. 22. Quod ad hoc verum est, vt cito res esset infallibiliter peritura nisi tu eam eripuisses, non ob inde dominium illius acquiris, sed tenentur proiciendi reddere, quia ipse non abdicauit a se illius dominium, si quidem voluntatem habuit vt ad se reuenteretur, si casu eam quis à periculo eriperet. Vt notat Rebell. Layman. Lessius, locis citatis; & probat lex Pomponius. 4. ff. de rerum dominio. Poteris tamen petere estimationem laboris, quem in liberanda re apposuisti, vt potè qui negotium Domini vtiliter gesseris, & in rem res loco pigrioris detinere maximè si ob eam causam ali-

quod vitæ periculum subisti, vt bene supradicti doctores aduertunt. Quod dictum est de naufragio dicendum est de incendio, aliòve simili periculo, vt de se constat.

Sed obiectiones, cum res abieciis absque spe vt ad te reuertantur, abieciis absque intentione recuperationis, vt potè quam reputas impossibilem, ergò inter derelicta computari debent. Concedit Petr. Nauarr. lib. 4. de restitu. cap. 1. num. 58. consequentiam. Sed relictus alij Doctores specialiter Lessius. dub. 1. n. in fine. eam negant. Neque enim satis est, vt inter bona derelicta ha-benda computetur, quod eam abieciis absque intentione expressa recuperationis, cum huius intentionis carentia ex impotentia provenit, sed necessarium est, vt eam abieciis quia nihil ducis, vt in tuis bonis sit.

Quoad ligna verò quæ vi fluminis, & inundatione asportantur ex circumstantiis inquiri rectè Molina. tract. 2. disp. 55. in fine. iudicandum est, an habenda sint pro derelictis; Si enim exigui sunt pretij, & Dominus longè abieci tanquam derelicta habenda sunt. Si verò sint talia quæ prudentis arbitrio iudicatum fuerit velle Dominum, vt sibi restituantur, ei reddenda sunt, dummodò soluar quantū industria, & labor in illis eripiendis estimatur. Dominus verò agri potest iudicio contendere, vt Dominum lignorum tempus designetur intra quod ligna à prædio extrahat, sin minus tanquam derelicta habeantur.

PUNCTUM XIX.

Quibus Dominium bonorum incertorum, & vacantium competat?

- 1 Quæ appellentur bona incerta?
- 2 Affirmant plures in pauperes expendenda esse Domino non repero.
- 3 Alij inuentori conuenerunt.
- 4 Iudicium inter has sententias feritur.
- 5 Debes diligentem inquisitionem Domini facere antequam aliene, vel absumas.
- 6 Non caret probabilitate non esse obligatam hæc bona fratris Trinitatis, aut Mercenarij concedere.
- 7 Consumpta re non tenentur Domino comparenti restituere nisi factus fuerit ditor.
- 8 Minus obligaris, si in pauperes, vel pia opera distribuisti.
- 9 Quibus sint bona vacantia applicata.

**B**ona incerta appellamus quæ Dominum creduntur habere, tamen si ignotis sit. Sicuti si gemmam, aurum, vel argentum in via publica reperies. Item si ouem, bouem, aliudque animal aberrans inuenies. Et de his dubitatur, an inuentori cedant. Et quidem si scias rem inuentam tui ex duobus, vel tribus competere, necis tamen quis ille sit proculdubio obligaris rem illi tradere, vt vel inter te diuidant, vel sortem mittant, vel vni applicent, aliis factâ compensatione, vt rectè aduertit Molina. tract. 2. disp. 74. 5. Petr. Nauarr. lib. 4. ap. num. 62. Rebell. de obligat. in fine. lib. 2. quæst. 12. sect. 3. num. 22. quia omnes illi ius habent in rem illam, esto singuli dubium, debet ergo illis concedi, vt pro qualitate iuris inter se diuidant. Quâ diuisione factâ tamen Dominus certus agnoscat, non est obligatus ille cui ex omnium consensu res fuit applicata aliquid Domino reddere, quia iam cessit iuri quod habebat.

Verum si ei Dominus post factam debitam diligentiam omnino ignotus sit. Affirmat D. Thom. 2. 2. quæst. 6. ar. 5. ad 2. & ibi Caietan. & in sum. ver. o. Furum. ad finem Abbas, in cap. si dilecti. num. 12. de accusat. ionib. Syluest. verbo, Restitutio. 8. quæst. 2. & verbo inuentum. quæst. 1. num. 2. Couarru. reg. peccatum. 3. p. §. 1. num. 2. Nauarr. cap. 17. num. 171. Mol. tract. 2. disp. 74. 6. Lessius. lib. 2. cap. 14. num. 49. Rebell. lib. 2. quæst. 12. num. 3. & alij communiter. In pauperes, aliisque opera pia expendenda esse, quia hæc creditur esse dominorum voluntas, vt sua bona in Dei honorem, & animarum utilitatem cedant, quandoquidem eis vt non possunt.

Nihilominus huiusmodi bona inuentori competere, conatur defendere Soto. lib. 5. quæst. 3. ar. 3. ad 1. Led. in 2. p. 4. quæst. 1. ar. 5. fol. 266. Bartholomæus de Medina. in sum. lib. 3. cap. 14. §. quarta cabeça. reg. 5. Lepez. 2. p. cap. 2. in 2. assir. Mercado de con. rati. cap. 1 §. ver. si delos ballazgos. Petr. Nauarr. lib. 4. cap. 2. num. 59. Eman. Sa. verbo Theofurus. num. 4. & alij. Ducuntur quia nec iure naturali, nec positio hæc inuenta pauperibus, aliisque pijs operibus applicanda sunt, cedant ergò inuentori. Et quidem quod ex iure naturali nulla huius distributionis adfit obligatio eâ ratio conuenit, quia hoc iure spectato quod omnibus gentibus commune est potius præsumi debet velle Dominum, vt inuentor rem inuentam fecerit, aut constam eum onere, & obligatione reddendi si forte compareat; quam vt in elemosynas aliisque pia opera expendat, vnde nunquam recuperare poterit. Minus autem ex iure positio colligi hæc obligatio potest, siquidem nullus est Textus qui de his bonis inuentis disponat; nam caput cunctu de usuris, & cap. cum sit de lit. dicit, expressè loquuntur de iis quæ iniuste sunt acquisita. Ob

quæst

quam iniustitiam merito Ius Canonicum ea piis operibus ad- dixit, & a possidente abtulit. Textus vero si quid inuenisti & textus, multi. 14. quast. 5. Asserentes furem esse & raptorem qui inuenta non reddit subintelligendi sunt (inquit Glossa) de eo qui voluntatem habet non reddendi Domino compensanti, vt constat ex verbis sequentibus. *Dem cor interrogat non manum.* &c.

4 Inter has sententias prudenter iudicat Paul. Layman, lib. 3. sum. sect. 5. tract. 1. cap. 5. in fine. asserens hanc secundam sententiam valde probabilem esse; priorem piam, & tutiorem, eamque reputo in praxi sequendam non ob rationem *ibidem* adductam, sed quia consuetudine inter fideles videtur praescri- ptum, vt haec bona in pios vsus expendantur: cui consuetudini maxime fauent varia privilegia a Pontificibus concessa Religio- ni sanctae Mariae de Mercede, Commissario Cruciatum, & aliis vt sub excommunicatione compellant detentores ea sibi exhibe- re in redemptionem captiuorum, subsidium belli in infideles, aliaque similia. Si enim Pontifices censerent nullam detentori- bus inesse obligationem ea bona in pios vsus expendendi, nulla- tentis sub excommunicationis pena id praecipere.

5 Illud est notandum te haec bona inuenientem obligatum esse antequam ea alienes, vel absumas diligentem inquisitionem Domini facere, alias alienatio, seu consumptio illicita, & iniusta esset. Quae autem diligentia sit sufficiens certa regula praescribi non potest, sed prudentis arbitrio praesentis circumstantis iudicandum est. Neque rem alienare, absumereque debes, dum spem probabilem habes Dominum inueniendi, tamen si longum tempus decurrat. Vt recte Couarru. *reg. peccatum. 3. p. 5. 1. in fine.* quia in ea detentione vtiliter Domini negotium gerit. Ob quam causam *lege regia. 7. tit. 13. lib. 6. noua collecta.* Statuitur pro rebus inuentis pretiosis, & fructiferis spatium quatuordecim mensium in quorum singulis, voce praecoris Domini in- quirendus est.

6 An vero tenearis fratribus Trinitatis, aut mercenariis rem inuentam tradere, sequenti ipsi autumant privilegium a Sede Apostolica, & a Rege Hispaniae habere, vt sibi ea bona conce- dantur, difficultate non caret. Tum quia haec privilegia videntur supponere te obligatum esse non compensante Domino in pauperes distribuere, cuius contrarium diximus esse probabile. Tum quia haec illis conceduntur ea conditione vt feruent quae praescribuntur. *dicta lege. regia 7. tit. 13. lib. 6. noua collectionis* quae tamen non videntur obseruare, ideoque Molina. *tract. 2. disp. 68. 1. post initium. & disp. 73. circa finem.* propendit nul- lam tibi esse obligationem supra dictis ea bona tradendi, sed obli- gatam esse tantum moralem diligentiam praestare in Domino quaerendo.

7 Quod si praemissa hac diligentia, & Domino non compa- rente rem absumpseris, nexus opinione probabili tibi vsus, & dominium illius concedent, vt concedit tibi quae sub nullius est potestate, quia perinde est non comparere Dominum, ac non esse, nulla tibi subest obligatio restituendi Domino postmodum compensanti, quia haec obligatio solum nasci potest ex re accepta, vel ex iniusta acceptioe: at in praesenti nulla est iniusta acceptio, neque item res accepta, cum non extet nisi forte aequi- ualenter extet, eo quod ob praedicta rei absumptionem locupletior fueris factus.

8 Minus autem obligaris si in pauperes, aliaue pia opera di- stributionem feceris, quia haec ex dispositione iuris Domino successerunt; fauetque *reg. bona fides. 83. de Reg. iuris in 6.* Pauperes vero rem absumentes tibi Domino compensanti red- dere tenentur, cum iuste rem absumpserint. Quinimo Sotus *dicto lib. 5. q. 3. ar. 1. ad 2.* Ledesma *2. p. 4. q. 1. art. 1.* Petrus Nauarr. *lib. 4. de rebus. cap. 2. num. 45.* censent ab hac redditi- one excusari, tamen in propria specie res existat, vel ob eius consumptionem ditiores facti fuerint, quia non mutuo, sed in elemosinam acceperunt, sicuti si ipse Dominus rem illis concessisset. Sed rectius docuerunt in hoc vltimo casu Molina. *dicto tractat. 2. disputat. 746. in fine.* Paul. Layman. *lib. 3. sum. sect. 5. tract. 1. cap. 5. in fine.* Non enim verisimile est Rempu- blicam intendere priuare Dominum absolute dominio, & vsu propria rei, sed tantum pauperibus concedere dominium, & vsu illum, dum Dominus non comparuerit. Quod inde con- iungitur quia Dominus potest in foro extremo vindicare rem suam vbiicumque sit: signum ergo est illius dominium non amississe. Idem est dicendum de proprio inuentore, si sibi tan- quam pauperi rem inuentam applicauerit, nimirum non esse obligatum re consumpra pretium illius Domino reddere, bene tamen obligatur, si ditior factus est, vel res in propria spe- cie existat.

9 Quoad bona vacantia sic nuncupata, quia Domino vacant, eo quod Dominus illorum decesserit haerede non relicto qui ab intestato succedat. Haec igitur bona spectato iure communi, fisco adiudicata sunt in Regis sumptus. *leg. 1. §. 1. ff. de iure fisci leg. vacantia Cod. de bonis vacant. lib. 10.* & idem est de iure regni Castella. *leg. 1. 2. tit. 8. l. 5. noua collecta.* Itemque de iure Lusitaniae. *ordinam. tit. 1. §. 16.* tamen ex regia libera- litate captiuis redimendis applicata sunt. *lib. 1. ordinato. tit. 69.*

§. 2. *et in reformatis tit. 89. num. 1.* Ab hac tamen regula ex- cipitur peregrinus, cuius bona vacantia auctoritate Episcopi il- lius loci in quo decessit distribui debent. *intra Auent. anno 1597. per Gregorium Cod. communis de successione. & leg. regia. tit. 1. part. 6. nisi forte hospitale in quo decessit, privilegium succe- dens habeat.* Vt regulariter habent omnia Hispaniae Xeno- dochia. Vide Couarru. *reg. peccatum. 2. p. 1. §. 1. num. 3.* Petrus Nauarr. *lib. 4. cap. 1. num. 49.* Molina. *tract. 2. disp. 53.*

PUNCTVM XX.

Quo pacto per aedificationem, & plantationem dominium acquiratur, & quid de molen- dinis dicendum est?

- 1 Qualiter dominium aedificij comparatur?
2 Quod dictum est de aedificijs dicendum est de plantis, & arboribus.
3 Quid de molendinis?

Erratum est comparari non posse aedificij dominium, quod aedificij constructum, quia non entis necur eius do- minium. Vt autem aedificij dominium comparas debes in pro- prio solo aedificare non in alieno, quia aedificium solo cedit, quod verum est tamen ex aliena materia ibi aedificata, oblige- tis tamen Domino, a quo materiam futulisti faciatore. Vt ha- betur. §. cum in suo iussu. de rerum diuisione & leg. adu. §. cum in suo ff. de acquirendo rerum dominio. Quod si in alie- no solo tua materia aedificata, aedificium Domini soli cede- ret, ipse tamen obligatus est si commodum ex eo aedificio acci- pit, tibi solvere aestimationem materiae, & laboris in eo opere impensu, dummodo bona fide constructus credens solum pro- prium esse, nam si sciens esse alienum feceris, nihil tibi debetur. Neque dicitur aedificio vindicatio eius materiae tibi competens quia praesumeris donasse, vel temere fecisse. Vt constat. §. §. cetero iussu. de rerum diuisione: ibi *Ubi cor stat. si in possessione consensu aedificatore soli Dominus perit: animum suum, nec soluat pretium materiae, & mercedis fabricum; posse cum ipso excep. i. m. soli mali repelli, vt ique si bona fide poss. ff. si fuerit qui aedificauerit.* Nam sciens alienum solum esse, potest obtinere culpa quod aedificauerit temere in eo solo quod intelligebatur alienum esse. Neque obest *lex. 2. Cod. de rei vindicatio* ubi Imperator inquit *Id quod in solo tuo aedificatum est quod in eadem causa manet huc ad te perinet, si fuerit dissipatum, eius materia ad praesentium Dominum redit, sine bona fide, sine mala aedificium extructum sit, si non donandi animo aedificia solo impo- sitione sint.* Non inquam obstat, nam vt acutè explicat Andreas Fachin. *lib. 1. controuers. cap. 5. 5.* Id procedit cum Dominus soli consensu fuit aedificij, & dissimulauit, nam eo casu nisi probet re animo donandi aedificium constructum, & solvere expensas debet, & materiam aedificij aedificio diuio vindicare potes. *argum. leg. para. §. si de nauis ff. de i. mali & mensu. excep. ibi dicitur cum feci quia passus sum, cum ad si ar. & non reddi impensu.*

Quod dictum est de aedificio dicendum est de plantis, & arboribus, quae Domino soli in quo sunt potius cedunt. Quae si alienas plantas solo solo posueris tua sunt, teneas tamen illarum aestimationem reddere. Et contra vero si alieno solo semina inieceris, ibique radices egerit ad Dominum soli pertinet: tu vero ab eo aestimationem exigere poteris, si bona fide seminaueris, secus si mala fide. §. si Trinius. iussu. de rerum diuisione & dicta *leg. adu. §. 1. & leg. quatuordecim ff. de acquirendo rerum dominio.*

Planta vero aequè in tuo, & in alieno fundo radices mittens tibi, & alteri communis erit. *ex dicta leg. adu. §. 1. ff. de ac- quirendo rerum dominio.* At si in tuo fundo plantata sit, tamen aliquas in alienum fundum radices mittat, tua est. *leg. si plantae. §. 1. ff. arborum furum casarum.* Alter vero si commutat suo fundo domestico ex illo arbore damnum patari, vt potest iuris remedio, vt euellatur, non tamen ipse propria auctoritate velle- re, vt aduertit Anton. Gomez *leg. 46. Tauri. num. 19. ex leg. 1. Cod. de interditiis & leg. 1. ff. de arboribus cadendis.* Notante dicto, domestico, nam arbor nocens iustico fundo non est succedenda, sed tantum eius rami coeferendi per 15. pedes. *intra leg. 1. ff. de arboribus cadendis & ibi. Bart. Albertic. & alij,* quos refert, & sequitur Anton. Gomez *loco citato.* Quod si dubium fuerit an arbor in fundo alieno radices egerit eive noccat arbitrio iustico- rum standum est. Vt bene notat Layman. *dicto cap. 3. num. 11. vers. Porro.*

Quoad molendini aedificium existit. In flumine publico sine nauigabili, sine non nauigabili, arripit Paul. de Castro. in *leg. fluminum. num. 2. ff. de damno infecto.* non posse molendinum, aliudue aedificium constructi, quia cito aqua vius nemini sit adu- dicatus, sed omnibus communis, at fluminis proprietates propria est reipublicae. Sicut ergo in via, & agrorum publico nequeunt foga- guli pro suo arbitrato edificare, neque etiam in flumine potest- unt. Sed rectius Bart. in *leg. quominus. num. 5. ff. de fluminibus.*